



## PRÆFATIO.



Ad morbos rite cognoscendos, eorumque curam dextre adornandam perutile semper medicinae cultoribus fuit, proponere sibi virum in arte sua excellentem, cuius & ductum & exemplum sequerentur, cuiusque praxin sedulo observantes theoriam experientia confirmarent. Hunc ipsum

) ( 2

usum

usum respexit intenditque cele-  
bris harumce plagularum Au-  
ctor, dum per plures annos  
effectus diversorum medicami-  
num, quæ hic congesta sunt,  
adnotavit; quæ quidem metho-  
dus optimum ipsi criterium præ-  
stantiæ eorum diiudicandæ præ-  
buit.

Multæ formulæ iuxta vetus  
collegii dispensatorium concinna-  
tæ sunt, & una cum ceteris e ge-  
nuino auctoris Autographo trans-  
scriptæ, quarum efficacia cum  
non minus probata sit, retentæ,  
exacteque ad manuscriptum ex-  
pressæ sunt.

Non est, quod auctoritas  
harum præscriptionum probetur,  
cum nemo, qui originalia huius-  
ce generis dignoscere novit,  
de

de iis unquam sit dubitaturus;  
ceteri vero, quibus id emolu-  
menti non contigit, ipsa per-  
spectione, debitaque compara-  
tione instituenda satis sibi facere  
queant.



CON-